+

Nos D. Joannes de Ortega Montañes, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Vallis-oletanæ Prouintiæ Michoacanensis, Regius que Conciliarius, &ª

Dilecto nobis in Christo Bachalaureo Francisco Martinez de Arno, clerico minorum ordinum, nro Domiciliario, filio legitimo Petri Martinez, & Dnæ Agathæ de Castrexon, Coniugum incolarum Ciuitatis de Pasquaro, huius nræ Diœcesis, salutem in Domino sempiternam, ut a quocumque (quem malueris) Catholico Dno Antistite, Dei, & Apostolicæ Sedis gratiam habente, in sua Diœcesi commorante, vel ab alio, de eius licentia, Pontificalia munera exercente, statutis a iure temporibus, generales, vel particulares ordines celebrante, quem examinandum, & approbandum, & idoneum repertum, sufficienti que ætate prouectum mittimus ad Sacrum Sub-diaconatus ordinem, ad titulum tuæ Cappellaniæ, completis temporum interstitijs, possis, & valeas promoueri; ipsi que Illustrissimo Antistiti conferendi, tibique recipiendi præfatum ordinem, licentiam, & facultatem impartimur; petimus que ab eodem Dno Antistite, ut hanc sibi, & tibi facultatem concessam, benignè suscipiat. In quorum fidem, has nras præsentes litteras, nro nomine, & sigillo munitas, ac per infra scriptum Secretarium nrum roboratas, tibi iussimus concedendas, & concessimus. Vallis-oleti datis, die [illegible]unda Mensis Maij, Anno Dni millesimo, sexcentesimo, octogesimo sexto=

Joannes Eps. Vallis, Oletan.

De mandato Illmi Dni mei Episcopi

Emman. ab Uribe

Secret.

Nos D. Joannes de Ortega Montañes, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia, Episcopus Vallis-oletanæ
Provintiæ Michoacanensis, Regius que concilliarius, &ª

Dilecto nobis in Christo Bachalauro D. Antonio de Olea, & Uriarte, Domicilliario nro, filio legitimo D. Petri de Olea, & Dnæ Mariæ de Uriarte Amicde
Coniugum incholarum huius Civitatis Vallis-oleti, salutem in Dño sempiternam, ut a quocumque, (quem malueris) Catholico Dño Antistite, Dei, & Apostolicæ
Sedis gratiam habente, in sua Diœcesi commorante, vel ab alio de eius licentia, Pontificalia munera exercente, statutis a iure temporibus, generales, vel parti-
culares ordines selebrante, quem examinandum, & approbandum, & idoneum repertum, sufficienti que ætate provectum mittimus, ad primam clericalem ton-
suram, & quatuor minores ordines, etiam que ad sacrum Sub-diaconatus ordinem, ad titulum tuæ Cappellaniæ, dispensatis temporum interstitijs, possis, &
valeas promoveri; ipsi que Illustrissimo Antistiti conferendi, tibi que recipiendi præfatos ordines, licentiam, & facultatem impartimur; petimus que ab eodem
Dño Antistite, ut hanc sibi, & tibi facultatem concessam, benigne suscipiat. In quorum fidem, has nras præsentes literas, nro nomine, & sigillo munitas, ac
per infra scriptum Secretarium nrum roboratas, tibi iussimus concedendas, & concessimus. Vallis-oleti datis, die vigessima quarta Mensis Maij, Anno Dñi
millessimo, sexcentessimo, octogessimo sexto =

Joannes Eps. Vallis, Oletan.

De mandato Illmi Dni mei Episcopi

Emman. ab Urib.

Secret.